



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An sicut electio Episcopi, ita etiam electio, sive institutio
Canonicorum in Ecclesiis Cathedralibus pertineat ad Capitulum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ci c. 2. de iudiciis. & quod in c. nobis 25. de iure Patro. conceditur, ut facta iam electione consensus Patroni requiratur, non tam de obligatione necessaria, sed de honestate intelligi debeat, ne iura videantur iuribus contradicere; vel certè de Patrono Ecclesiastico textus ille intelligi debet, aut de consilio tantum petendo, quo posito libera adhuc penes Capitulum erit electio; nisi aliter de sua iurisdictione (per privilegium v. g. à Summo Pontifice obtentum) doceat Patronus.

Resp. 3. Nec per ullam consuetudinem, quamvis immemorialis illa sit, possunt Laici, etiam Patroni, seculares jus eligendi Prælatum Ecclesiasticum acquirere, sive soli, sive cum Canonice eligere præsumant c. Massana 56. h. t. (cum corruptela potius, quam consuetudo, ut Pontifex ait, dicenda sit, contraria præsumptio independenter à Pontificio privilegio attentata) nec valeat electio cum talibus Laicis coëligentibus facta, si Clerici scienter & voluntariè ad coëligendum admiserunt Laicos, cum actus individuus, qualis est electio, nullus sit, si vel unus inhabilis scienter & voluntariè admittatur ad actum talem constituendum, & in his individuis utile per inutile vitietur, quòd si tamen Laici coëligant quidem cum Clericis, admissi ad coëligendum vel per ignorantiam, vel quia prohiberi non poterant, vel quia gravi metu ad tales admittendos coacti fuerunt, valdè probabilè est, electionem valere, ex solis Clericorum suffragiis, reiectis Laicorum, tanquam incapacium, præsertim, si contra Laicorum suffragia protestati sunt Clerici, cum constitutio invalidans electionem coëligentibus etiam Laicis, valdè probabiliter, non tan-

tum in odium Laicorum, sed Clericorum etiam culpabiliter Laicos admittentium facta sit: neque à præsentatione Laicis competente, si ædificaverint, dotaverint, vel fundaverint Ecclesiam Parochialem, ad Electionem in Ecclesiis Collegiatis ducenda est paritas, quamvis ex uno relato capite talis Ecclesie Patroni sint, cum per præsentationem à præsentato admissam, nullum jus spirituale acquiratur præsentato, sicuti per electionem admissam ab electo, faciliùs proinde præsentatio quam electio Laicis conceditur.

Resp. 4. Jus eligendi etiam illis competit, qui tantum sunt in huius juris possessione, cum bonâ fide, si de possessione tali constet, modò ante electionem factam nulla lis super hoc iure illis mota fuerit, quæ fuerit etiam contestata, ita ut non tantum votum huius præ alio, penes quem post modum proprietates huius juris fuisse electionis tempore deprehenditur, valeat, sed electio etiam ex hoc capite postmodum nunquam impugnari possit c. cum olim 7. iuncta Glos. V. duobus de caus. possess. & propriet. & c. querelam 24. iuncta Glos. V. super iure h. t. cum bonæ fidei possessor fructus percipere possit (quos inter est jus eligendi) quamdiu lis cum illo contestata non fuit super rei proprietate.

§. IV.

An sicut electio Episcopi, ita etiam electio, sive institutio Canonice in Ecclesiis Cathedralibus pertineat ad Capitulum.

Resp. Spectato iure Canonice electio, sive potius collatio Canonice in Ecclesiis Cathedralibus vel ad

ad Episcopum simul, & Capitulum pertinet, ut tradit *Gloss. in c. cum Ecclesia 31. V. postulat h. t.* vel ad solum Episcopum juxta *c. cum in junc. 12. de hereti.* cum Consilio tamen Capituli juxta *c. novit. 4. de his que sunt à Prælati. Ec.* sicut enim Episcopo Ecclesiarum cura demandata est, & consequenter ad eum etiam pertinet instituendorum beneficiatorum cura, ita etiam Capituli interest, scire, quos Canonicos, & fratres habeat: potest tamen etiam fieri non tantum per privilegium, sed per receptam in talibus Ecclesiis consuetudinem, ut ad solum capitulum assumptio Canonico- rum, vel ad solum Episcopum, nihil re- quisito consilio Capituli, pertineat, prout probari potest ex *relat. c. cum Ecclesia.* Cum nec à jure improbetur hæc consue- tudo.

§. V.

De iis, qui prohibentur eligere Epi- scopos, aliosque Prælatos Eccle- siasticos.

Generatim loquendo aliqui prohi- bentur eligere, naturâ, aliqui lege, vel moribus: naturâ prohibentur eligere, sive ob impedimentum naturale, pu- pilli seu impuberes, hoc est minores 14. annis, si sint masculi, aut 12. annis, si sint feminae. *c. ex eo 32. h. t. in 6.* cum plenam rationis discretionem non censeantur ha- bere; ob quam rationem etiam furiosi, amentes, & mente capti eligere non pos- sunt, nisi lucida intervalla habeant, & si- bi præsentem sint tempore electionis. Le- ge autem prohibentur eligere 1. ex- communicati, excommunicatione ma- jore, ut patet ex *c. constitut. 23. juncta*

Compend. Pirking.

Gloss. V. Excommunicationis de Appellat. & quidem vitandi, sive non tolerati irri- tam ipso jure electionem facient, si scienter, & voluntariè, absque prote- statione, ad electionem admittantur, cum absque gravi incommodo repelli possent *argu. c. ult. de procurat.* Tolerati autem, & non vitandi, per exceptio- nem repelli possunt, cum omnis actus ju- risdictionis, & officij ipsis prohibitus sit. 2. Eligere non possunt lege prohibente suspensi ab officio *c. cum inter. 16. §. sin. h. t.* (sive sint à jure sive ab homine sus- pendi) ita ut ob rationem prius allatam electio ab hujusmodi suspensis non tol- leratis facta sit irrita: neque tamen hæc prohibitio extendi debet, ad suspensos à beneficio tantum, quia eligere potius est actus officij, qui prohibentur illis, quam fructus beneficii, cum inter fru- ctus propriè dictos beneficii, quibus pri- vat suspensio à beneficio, non veniant talia, pretio non æstimabilia jura, sed ea tantum, quæ utilitatem temporalem beneficiato afferunt. 3. Eligere pro- hibentur à jure, qui in Personali sunt in- terdicti juxta *relat. c. cum inter,* & qui irregulares sunt *c. is qui 18. §. is verò de sent. Exco. in 6.* si tamen denunciati sint, vel per exceptionem repellantur, & sicuti vi consuetudinis legitimè in- troducæ jus eligendi competere potest aliquibus, quibus de jure communi non competit, ita etiam vi consuetudinis re- ceptæ excludi possunt aliqui, qui de ju- re communi gaudere hoc jure eligendi possent. 4. Denique eligere prohi- bentur ex nova Tridentini constitutio- ne, qui, quamvis Canonici sint, Subdia- conatus ordinem tamen nondum susce- perunt,

H

perunt,